



## **Dispvtationes Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Sect. II. De perfectione Dei. Sitne Deus ens summè perfectum, &  
illimitatum in omni genere perfectionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

buit humanitati subfiltrere.

Contra doctrinam præcedentem, præter Scotti argumenta, alibi refutata, obijci duo solent. Primo, quod actus contingentes & liberi intellectus, & voluntatis diligencæ, non videantur pati posse simplicitatem omnino rem realem. Secundo, quod in Deo sit multitudine personarum diuinarum distinctarum realiter. Non autem est multitudine, non est simplicitas.

Ad primum Respondeo, actus liberos & contingentes nihil in re distinctam superaddere entitati diuinæ, sed rationes quasdam, & vsus, ut suis locis explicabitur. Ad secundum Respondeo primo, sermonem esse in praesenti de Deo vt uno, secluso mysterio Trinitatis Personarum. Secundo, multitudinem illam non efficere compositionem, ideoque non opponi simplicitati de qua loquuntur. Etenim personæ non componunt cum entia, à qua non distinguuntur realiter, extra definitionem Concilij Later. c. 2, supra citato. Nec etiam componunt inter se: quia non vniuntur ad inicem, sed identificantur cum essentia: Ad compositionem autem realem, distinctio extremitum cum vniione necessaria est. Tertiò, esse simplex, aut esse compositum, est attributum entis, non entium. Tres autem Personæ non sunt ens, sed entia, trinitas: ideoque nec simplices, nec compositæ dici debent. Denique simplicitas opponitur multitudini entis vniuersaliter, et que, veluti species unitatis transcendentalis, à qua diuiditur in unum simplici unitate, & unum Compositione seu coniunctione plurium.

Multitudine  
personarum  
diuinarum  
non officit  
simplicitati  
Dei.

## S E C T I O II.

### De Perfectione Dei.

**D**icitur D. Thomas q. 4. a. 1. & 2. & communis Theologorum est, Deum esse ens perfectissimum, adeoque perfectum ut rerum omnium perfectiones contineat: ita ut non modò sit perfectissimus negatiæ, quatenus nihil est ipso perfectus: aut positivæ, ita ut ipso sit perfectior ceteris omnibus a se eo gradu eminentiæ, ut quid est perfectionis in ceteris, totum illud excellentissimo & perfectissimo modo comprehendat.

Probatum Deum esse ens perfectissimum dicens de Deo, quod non quidem hoc est, hoc autem non est: sed omnia est ut omnium causa. Et cap. 13. cum dixit, Deum esse omnia unice; & omnia esse uniformiter præcipere. Et Iren. lib. 4. cap. 3. initio cum dixit, Deum continere omnia; vel esse omnia, ut loquitur Clemens Alexand. 1. Pædag. c. 9. prope finem. Et denique Deum, omnium Dominum & factorem, esse omnia omnia existentia, & unum omnia existentia: nam omnium plenitude unum est, & in uno,

vt ait Trismeg. apud Cyril. Alexand. lib. 1. Cyril. contra Julianum in fine, iijdem fere verbis. Sic etiā Deus ipse de se Moysi dixit: Ostendam tibi omne bonum, Exod. 33. & Ioannis 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat. Et Roman. 11. v. vltimo. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.

Talem etiam concipiendum esse suadet ratio naturalis. Tum quia de diuina perfectione quam perfectissimè fieri potest sentiendum est. Tum quia quidquid perfectionis est aut esse potest: vel increatum est, vel creaturæ. Si increatum; in solo Deo est; Deus continet omnem perfectionem. Si creatum; ergo à Deo esse debet, ut ab omnium fonte, & causâ efficiente prima & totali. Quidquid autem perfectionis est in effectu, necessariò præsupponitur in principali & totali causa efficiente, quæ ex se, vel ex propria ac sufficiente virtute potest talēm perfectionem communicare effectui: alioqui enim quomodo posset eam communicare, aut unde effectus illam habere? Continetur, inquam, effectus præsupponitur in causa, vel eminenter, si causa sit & quiuocata; vel formaliter, si vniuersala. Addo quodlibet quæ aliae causa cum Deo concurrent ad aliquos effectus, illæ omnes à Deo sunt, & vim causandam ab ipso accepérunt. Quare quidquid virūs & perfectionis habent, à Deo habent: ideoque omnia debent in Deo præesse, ut in omnium causa.

Ad maiorem attributum huius declarationem. Nota primo, perfectum dici ab Aristotele s. Metaph. cap. 16. id cui nihil deficit: metaphorâ desumpta à rebus quæ sunt, quæ perfecte dicuntur, quando nihil illis faciendum superest. Duoibus autem id modis intelligi potest. Vel nimirum primitu[m], ita ut nihil deficit eorum quæ rei debent. Ex natura sua, & exiguntur naturaliter ab illa: quo pacto definitur à D. Thoma q. 4. a. 1. in fine Cor. perfectum esse id, cui nihil deficit secundum modum suæ perfectionis: id est, cui nihil deficit eorum quæ naturæ ipsius conuenientia sunt. Vel secundò, negatiæ, ita ut absolútè nihil perfectionis deficit, sed omnes omnia aliquo modo contineat. Prior vocatur perfectione secundum quid, & partialis, in aliquo gradu generi vel ordine. Posterior vocatur perfectione simpliciter & totalis, in ordine genere entis. Partus in priori perfectionis modo, quæ in archibus exiguntur ut essentia, & quædam ut extra essentiam, sive substantia, illa sunt, sive accidentia. Vnde aliae sunt perfectiones archibus definitæ essentiales, aliae substantiales, aliae accidentiales. Et quidem perfectio secundum essentia, sive debita, nulli defesse potest: cum impossibile sit rem sine terra sua essentia vel concepi, vel esse. Inde talis perfectio conuertitur cum alijs & a plerisque Philosophorum assignatur pro transcendentali bonitate primaria. Perfectio vero substantialis quædam partes integrantes v. g. vel quoad substantiam, vel

Deus con-  
tinet om-  
nem perfec-  
tionem.

perfectum  
quid dica-  
tur, & quo'  
tupliciter?

D. Thom.

quoad accidentia, multis deesse potest. Deus autem utroque modo perfectissimus est: & perfectione opposita imperfectioni priuati-  
væ, quia ipsi nihil deest perfectionis debitæ: & perfectione opposita imperfectioni nega-  
tivæ, quia nulla est perfectio aut esse potest,  
quam non contineat eminenter aut formaliter.  
Cum enim Deus sit ex seipso: habet se-  
ipso, & ex seipso totam perfectionem sibi  
debitam. Neque illa priuati potest, vel à  
causa superiori, quam nullam habet, cum sit  
ens primum & independens: vel à seipso,  
cum quia potius, ut solent alii res, natura-  
liter appetit & retinet perfectionem sibi de-  
bitam, nisi ab alio potentiori illa priuetur,  
quod est impossibile: tum & præcipue, quia  
non habet huiusmodi perfectionem à seipso  
effectivæ, sed formaliter seu negatiæ, per ex-  
clusionem alterius: quia scilicet non ab alio,  
sed ex formali eminentia & excellentia sua  
naturæ. In hunc enim sensum intelligendum  
est quod dicitur, Deum esse à se, id est, negati-  
væ, non esse ab alio. Et quemadmodum  
non subest eius causalitatæ, & libertati, vt  
sit vel non sit; ita non subest ut omnem per-  
fectionem naturaliter sibi debitam habeat, vel  
non habeat. Præterea cum sit primum ens,  
non modo negatiæ, quatenus non ab alio,  
sed etiam positivæ, quatenus prius causalita-  
& radix prima & totalis reliquorum om-  
nium: necesse est in ipso aliquo modo cogi-  
nari quidquid extra ipsum perfectionis aut  
est, aut esse potest, vt scilicet supra declara-  
rum fuit. Dixi, aliq[ue] dō: neque enim om-  
nes perfectiones eodem modo contingerunt: sed  
aliquas formaliter, id est, secundum idem  
nomen, & eandem rationem communem,  
seu conceptum formalem, abstractum à Deo  
& à creaturis; vt gradum substantiarum, spiri-  
tualium, intelligentis, & similes: quan-  
dam eminenter, id est, secundum perfectio-  
rem quandam rationem, in qua continetur  
nobiliore modo, quam continentiam ex pro-  
ductione aut quasi productione, principali  
& totali, colligimus: quo pacto continet gradum  
corporis, animalis, rationalis, & similes  
qui in suo conceptu imperfectionem inno-  
lunt.

Nota secundo, Deum essentialiter ita per-  
fectum esse, ut intrinsece, etiam in sola pla-  
escencia, omnes continet perfectiones: for-  
maliter quidem simplices & similes. . . . .  
eminenter. Hac enim duas perfectionum  
genera distinguunt Thologia: & illas vo-  
cant simpliciter simplices, quæ neque inu-  
iuunt imperfectionem ullam, neque repug-  
nantiam vel oppositionem habent cum alia  
maiori, vel æquali perfectione. Sic enim in-  
terpretor vulgarem illarum definitionem An-  
selmi, que maior ipsa quam non ipsa, cuius qualiter  
alia incompatibilis cum ipsa cuiuslibet enti ut ens est.  
Cæteras vocat perfectiones secundum quid  
quæ scilicet vel imperfectib[us] vel aliquam in-  
uoluunt, vel repugnant alteri perfectioni  
quam bona aut melior se. Priores ergo dis-  
cimus esse formaliter de conceptu intrinseco

essentiæ diuinæ: cæteras eminenter. Dixi, de  
conceptu intrinseco essentiæ, sive secundum  
rationem essentiale præcisè conceptam:  
Nam alioqui in esse diuino totaliter sumpto,  
sunt formaliter etiam quædam perfectiones  
non simpliciter simplices: ut relationes per-  
sonales, & attributa non necessaria, sive con-  
tingentia, quatenus talia sunt.

Præterea, tertio notandum est circa per-  
fectiones creatas, nullam earum secundum  
modum & adæquatam rationem, quam in  
creaturis habet esse in Deo formaliter, sed  
eminenter tantum. Ut sic enim non est pura  
& simplex, neque libera ab imperfectione  
dependentia. Quare non est in Deo sapien-  
tia, V.g. qualis in creaturis, finita, dependens,  
accidentaria physice, & realiter producta à  
vitali principio. Aliquæ tamen sunt è crea-  
tis perfectionibus, quæ si in Deo inada-  
quatæ, & abstrahantur ab in Deo effectu esse  
modo quem in re habent, dicuntur in Deo  
contineri formaliter, non in eodem ina-  
dido, sed in simili quæ specificè aut gen-  
erice: quia Deus secundum illas habet aliquam  
formalem conuenientiam cum creaturis, ra-  
tione cuius illa perfectio secundum idem no-  
men, & eandem rationem seu conceptum  
formalem tribuitur Deo & creaturis: sive id  
sit analogie, sive vniuersalitatem. Quando vero  
non est talis conuenientia, nec formalis de-  
nominatione: tunc dicuntur tantum contine-  
re eminenter. Primi generis sunt substantia,  
spiritualitas, sapientia &c. Posterioris, cor-  
poreitas, humanitas, equinitas, albedo, &  
similia: quæ secundum propriam suam ratio-  
nem, & nomen, Deo tribuuntur, nequeunt, ut per  
se notum est, & à concilio Constantiensi  
contra stoliditatem Ioannis Hus & Vvieleff  
definitum.

Nota: denique Becanus tract. 1. cap. 3.  
post Vasq. disp. 70. cap. 2. perfectiones crea-  
tas secundum suam propriam rationem, liet  
non sive formaliter in Deo, esse tamen tribus  
modis. Primo, sive in causa efficiente. Secundo,  
obiectivæ, sive in intelligente. Tertio, expensi-  
væ & representatiæ, sive in ea seū exemplari.  
Vnde sit, inquit, ut creatura habeat triplex  
esse in Deo: unum eminens, alterum inelli-  
gibile, tertium ideale & representativum.  
Addere poterat quartum, esse volibile aut  
appetibile, respectu voluntatis, quæ à po-  
tentia & intellectu ratione distinguitur. Ve-  
rum propriè loquendo, hoc non est triplex  
esse in Deo, sed est ipsum esse  
diuinum, quod est causa, & cognitio, & idea  
creature, cuius unum & idem est esse, quod  
in Deo ut in causa continetur eminenter,  
quodque ab ipso intelligitur, & exemplari  
ter representatur. Aliud autem est contineri  
eminenter, quod est contineri nobiliore mo-  
do, quā res ipsa sit in se: & aliud intelligi  
aut appeti. Alioqui enim Deus seipsum con-  
tinetur eminenter, & nos etiam Deum  
quando ipsum appellamus aut intelligimus.  
Item aliud est contineri in Deo: ut in causa  
proxime effectiva, id est, in omnipotenti

12.  
Perfectio-  
nes crea-  
tarum quo-  
modo sunt  
in Deo

13.  
Becanus.  
Vasquez.  
Perfec-  
tiones crea-  
tarum con-  
tinente-  
ri tripliciter  
sunt in  
Deo

& aliud in eo contineri, ut in idea & exemplari. Et rursus contineri ut in idea, est aliud quām contineri in notitia Dei pūe speculativa. Deus autem utroque modo res creatas intellegit, ut recte affimat D. Thom. quāl. 4. art. 1. in corp.

## S E C T I O N I I I .

De Bonitate Dei.

**D. Thom.** **Q**uia D. Thomas q. 5. de bono disputat in communi, philosophica sunt, & supponenda posunt, quam fusiū exponenda. Siue igitur bonum sumatur absolute, pro eo quod in se bonum seu perfectum est, ut sumi datur à D. Thoma q. 5. a. 5. & q. 6. a. 3. siue relativè, pro conuenienti & appetibili, seu per radice & fundamento appetitionis, que ratiō in perfectione fundatur, ut idem ait q. 5. a. 1. in corp. vel pūtū est ipsa rei perfectio; siue denique pro morali perfectione & rectitudine, quā res intellectuales peculiariter bona denominantur, bonitate morali, idque dupliciter: nimirum vel actuali bonitate, quatenus opera bona moraliter, id est, recte rationi conformia exercent; vel habitu & appetitu, quām pertinet, quatenus sunt dispositi ad bene moraliter operandū: Dico Deum his omnibus modis esse summè & perfectissimè bonum, longèque excellentiūs, quārū la creature bona denominari possit.

**I S**ecundūm quidem bonitate absolute, perfectionis excellentiūs bonus est: quippe qui omnem perfectionem formaliter continet, vel eminenter, ut superiori sectione ostensum fuit. Et confirmatur à D. Thoma q. 6. a. 3. in corp. vbi perfectionem secundum quam vnu quodque dicitur bonum, triplicem distinguit: primam secundum esse essentiale, vel substantiale; secundam, quād ad actionem & possessionem factū; conformitatem scilicet ad quod dixerat de bono generatim q. 5. a. 5. in corp. pūtū D. August. in lib. de natura boni, cito. Bonum consistere in modo, specie, & ordine. In specie, id est, in essentia & substantia: in modo, id est, in debita proportione eorum quā essentia seu substantia afficiunt: & in ordine, videlicet ad unum. Deinde addit nullam esse creaturam cui triplex illa perfectio competat per seūtiam: sed solum Deum per suam essentialia habere omnino tam perfectionem: Ideoque solum Deum esse bonus per suam essentialiam. Bonum, in quaenam simpliciter & absolute in omnigenere perfectionum, quas omnes in ipsa essentialia formaliter vel eminenter continent. Solus enim Deus per essentialiam est perfectus simpliciter & bonus. Quoniam in essentialia complectitur omnem perfectionem: quod ei maximè proprium est. Neque tantum per illam est bonus & perfectus, quia hanc habet imperfectiū priuationē, id

Solus Deus  
est bonus  
per essentiam.

**August.**

est, non caret vlla perfectione sibi debita & conueniente: sed quia nullam habet negatiū, id est, quia nulla perfectione omnino caret, cum nulla sit quam formaliter vel eminenter non contineat, & quidem essentialet: ita ut vi essentiae sua habeat quidquid res creatae habent per essentiam, per accidentia, per adeptiōem finis, & infinitè plura. Cumverò absolute & simpliciter dicatur bonum, id quod est omnino tale, & non ex parte aut secundum quid: potest dici absolute solum Deum esse bonum per essentiam, quia solus per essentiam habet totalem & integrā bonitatem. Creatura verò sunt quidem aliquo modo per essentiam bona & perfecta, quatenus habent totam essentiam, quantum habere debent: non tamen absolute in omni genere perfectionis, ut Deus: nec sine imperfectione dependentie, alijisque multis. Potest alio sensu dici solus Deus esse bonus per essentiam, scilicet quia per seipsum, & non ab alio, sed a se, bonitatem suam & perfectionem habet, quemadmodum solis a se habet essentiam & existentiam suā, & independenter ab omni alio. Et quemadmodum ea de causa dicitur solus esse, Iob. 17. v. 4. Nonne regnū solus es? & simpliciter esse, Exodi 3. v. 14. Ego sum qui sum: Et, qui est misericordia tua? ob eandem causam dicitur solus bonus esse: Nemo bonus nisi filius Deus, Luca 10. Et hanc differentiam inter Deum & creaturas in ratione boni eleganter expressit D. August. in psalmum 134. ante medium, vbi , alii quidem esse bona, ut cœlū, solem, lunam, stellas terram, homines, Angelos, &c. Verumtamen omne aliud bonum, alio bono bonum esse. Deum vero solum seipso bonum esse: bonum omnium bonorum, bonum quo sunt omnia bona, bonum sine quo nullum est bonum, bonum quo sine ceteris bonum est.

Secundūm, bonitate conuenientiæ Deus est quoque summè bonus, cum sibi pūtū, quatenus habet perfectionem sibi maximè conuenientem & necessariò amabilem a se: tūn respectu creaturarum, quib[us] omnibus est summè bonus, & summè conuenienter per se, velut causa & finis omnium, ut fusiū exponit D. Thomas q. 6. a. 2. & 4. Ceterū quibusdam specialiter est bonus & conuenienter, iūnū, amicus, fratris & fratribus, studiosus ut causa exemplaris, & iustitia, & sanctitas, penitentibus ut auctor remissio onis & gratiae, iuxta illud Hieremias Thren. 3. Bonus est Dominus spernitibus in cœlo, anima querenti eum. Et psal. 72. Quam bonus Israel Deus his qui recte sunt corde!

Tertiū, bonitate quoque morali perfectissimus est: tum per suauitatem, & elegantiam ad omnes habitus & actus virtutum; tum per dulitudinem omnis malitia moralis & peccati latitatis, & per summam regudinem appetitus, quam habet ita conaturalem & intrinsecam, ut sit regulā omnium bonitatis moralis, nec quicquam alienū

16.

Deus est  
summè bonus  
per bonitate  
conuenientiæ.

D. Thomas

bonus e.  
bonus per  
summè  
moralis  
bonitat.